ORDO
DIVINI OFFICII

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

AD USUM

DIOECESIS

SIEDLCENSIS seu PODLACHIENSIS

PRO ANNO DOMINI

1957

SIEDLCE

SUMPTIBUS CURIAE DIOECESANAE

ORDO
DIVINI OFFICII

RECITANDI SACRIQUE PERAGENDI

AD USUM

DIOECESIS
SIEDLCENSIS seu PODLACHIENSIS

PRO ANNO DOMINI
1957

SIEDLCE
SUMPTIBUS CURIAE DIOECESANAE

Nakład 750 egz. Form. A6. Ark. wyd. 6. Ark. druk. 10,25. Pap. druk. sat. kl. VII. 70 g. 61 × 86. Zam. z dn. 30. 7. 56 r. Nr 1146. Druk ukończono w listopadzie 1956 r. B-7-53111.

Drukarnia „Loretańska", Warszawa 4, ul. J. Sierakowskiego 6.

AUCTORITATE ET MANDATO

EXCELLENTISSIMI

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

IGNATII ŚWIRSKI

EPISCOPI SIEDLCENSIS seu PODLACHIENSIS

DIRECTORIUM HOC CONCINNATUM

EST ET EDITUM

ANNUS DOMINI 1957

Tabella Temporaria

Aureus numerus	1	Littera Dominicalis	f
Epacta	XXIX	Littera Martyrologii	N
Cyclus solaris	6	Dom. pt Epiphan.	5
Indictio romana	10	Dom. pt Pentecosten	24

Festa mobilia

Dom. Septuag.	17 Febr.	Dom. Pentecostes	9 Junii
Fer. IV Cinerum	6 Martii	Ss. Corp. Christi	20 Junii
Pascha Resurect.	21 Apr.	Ss. Cordis Jesu	28 Junii
Ascensio Domini	30 Maii	Dom. I Adventus	1 Dec.

Quatuor Anni Tempora

Verna	13, 15, 16 Martii	Autumn.	18, 20, 21 Sept.
Aestiva	12, 14, 15 Junii	Hiemalis	18, 20, 21 Dec.

Explicatio signorum

† — Dominica et Festum de praecepto, seu pro foro.
(F. S.). — Festum suppressum, Missa pro parochianis.
* — ad nomen Sancti in Canone Missae caput inclinatur.

(MRL). — tempore Quadragesimae permit. Mis. Requ. Quotidianae lectae non vero Votivae lectae.

(Proh. MRVL). — prohibentur Mis. Requ. Quotid. lectae et Votivae lectae.

REGULAE

IN MISSAE CELEBRATIONE SERVANDAE

I

De Missa votiva cantata pro re gravi

Missa votiva solemnis pro re gravi et publica simul causa, quae scilicet de mandato vel consensu Ordinarii loci, pro qualibet vice obtinendo, in cantu celebratur cum concursu populi, prohibetur:

1° in Dominicis I classis;

2° in duplicibus I classis;

3° feria IV Cinerum; fer. II, III et IV Maioris Hebdomadae;

4° in vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes;

5° Infra Octavas Paschatis et Pentecostes;

6° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

7° in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, die 2 februarii, si fiat benedictio candelarum, in Litaniis maioribus et minoribus, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urget, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

His diebus in Missa cantata diei currentis, etiam in diebus n. 7 supra comprehensis, non additur, sub unica conclusione cum prima oratione, oratio de Missa votiva impedita. Commemorationes faciendae: quaevis dominica, feria Adventus et Quadragesimae, feria et sabbatum Quattuor Temporum Septembris, Litania maior.

Haec Missa votiva canitur tono festivo, cum *Gloria* (nisi color sit violaceus) et *Credo* et (nisi de die Missa cantetur vel dicatur Missa convent.) cum commemoratione de Dominica quavis, de feriis Adventus et Quadragesimae, de litaniis maioribus, de feriis et

sabbato Quattuor Temporum Septembris (DGRS, tit. III, 2, 4 a); si tamen Missa erit pro gratiarum actione, addetur, sub unica conclusione cum prima oratione, oratio *Deus, cuius misericordiae.*

Haec tamen Missa cani nequit die in qua fiat officium aut commemoratio vel occurrat vigilia de identico Domini mysterio vel de eadem Sancti Persona, aut dies infra octav. Nativ. Domini de qua esset canenda Missa votiva; huius loco celebranda est Missa quae iis officiis vel festis convenit, cum commemorationibus, quae in ipsa Missa votiva faciendae essent ut supra indicantur.

II

De Missa cantata Patroni vel Titularis

I. Si festum Patroni principalis, aut Tituli vel Dedicationis propriae Ecclesiae, vel etiam Tituli aut Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, per accidens impediatur, de eo in sua die permittitur una Missa in cantu, iisdem conditionibus, quibus permittitur Missa cantata pro re gravi, ut supra, tit. I; sed si in Dominicis 2a, 3a, 4a Adventus occurrerint festa I classis, permittuntur Missae de festo, excepta conventuali (DGRS, tit. II. 4).

II. Si in aliqua Dominica minore reponatur solemnitas externa festi Patroni principalis, aut Tituli vel Dedicationis propriae Ecclesiae, aut etiam Tituli vel Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, quod infra praecedentem hebdomadam occurrerit, cani potest Missa de solemnitate translata, et de ea pariter legi potest unica Missa, nisi occurrat Dominica maior vel duplex I classis, quo in casu prohibetur tum Missa tum eius commemoratio, etiam sub unica conclusione (DGRS, tit. III, 4 a et Dub. IX); sed si in Dominicis 2a, 3a, 4a, Adventus occurrerint festa I classis, permittuntur Missae de festo, excepta conventuali (DGRS, tit.II, 4).

III

De Missis privatis ad libitum in feriis aut vigiliis

In feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, et vigiliis, si occurrat officium duplex (non tamen si occurrat officium duplex I aut II classis), Missae privatae dici possunt ad libitum sacerdotis aut de officio diei cum commemoratione feriae vel vigiliae, aut de feria vel vigilia cum commemoratione officii diei.

IV

De Missis in oratione continua XL Horarum

I. Iuxta Instructionem Clementinam pro oratione continua XL Horarum ad exponendum et reponendum Ssmum Sacramentum solemniter canitur, in altari expositionis, Missa votiva Ssmi Sacramenti (sine Sequentia) cum *Gloria, Credo* et Praefatione Communi. Si vero occurrat officium aut commemoratio *de identico Domini mysterio* (nempe de Ssmo Corpore Christi, de Sacratissimo Corde Jesu, de Passione, de Cruce, de Ssmo Redemptore, de Pretiosissimo Sanquine, de D. N. Jesu Christo Summo et Aeterno Sacerdote), tunc loco Missae votivae Ssmi Sacramenti canitur (more votivo solemni) Missa officio aut commemorationi conveniens.

II. In Dominicis I classis, in festis duplicibus I classis, feria quarta Cinerum, feria secunda, tertia et quarta Maioris Hebdomadae (a mane autem feriae quintae in Coena Domini usque ad mane Sabbati sancti cessat praedicta expositio), vigiliis Nativitatis

Domini et Pentecostes, infra octavas Paschatis et Pentecostes, solemniter canenda est Missa diei currentis cum commemoratione Ssmi Sacramenti (etiam in festis solemnioribus et in Sabbato sancto) sub unica conclusione cum prima oratione; sed haec commemoratio omittitur si Missa vel commemoratio in Missa occurrens sit *de identico Domini mysterio* (ut in § 1 explicatur).

III. Die medio expositionis, solemniter canitur Missa votiva *pro pace* in altari ubi Ssmum Sacramentum non est expositum neque in tabernaculo asservatur. Haec Missa celebretur cum paramentis *violacei* coloris, sine *Gloria*, et cum *Credo*. Diebus autem notatis in § II, solemniter canenda est Missa diei currentis cum commemoratione (sine ultimo Evangelio) de Missa votiva *pro pace* (etiam in festis solemnioribus) sub unica conclusione cum prima oratione, et cum *Credo*.

IV. Tam in Missa votiva solemni Ssmi Sacramenti vel *pro pace*, quam in Missa solemni quae locum tenet huiusmodi Missae votivae impeditae, adduntur commemorationes (nisi de die Missa cantetur vel dicatur Missa conventualis) quae fiunt in Missa votiva pro re gravi et publica simul causa (cf. supra tit. III).

V. Missae privatae tempore expositionis dicuntur de festo vel officio occurrenti sine *Credo* (nisi Symbolum Missae competat) cum collecta de Ssmo Sacramento (sine Praefatione et ultimo Evangelio de Ssmo Sacramento) etiam in festis solemnioribus, sed his dumtaxat conditionibus: a) ut Missa dicatur in altari expositionis et, b) et oratio adiungatur post commemorationes numquam omittendas (DGRS, tit III, 2); haec tamen collecta omittitur per totam Hebdomadam sanctam, si Missa vel commemoratio in Missa occurens sit de *identico Domini mysterio* ut in

§ I explicatur), et in Missis quae in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur. Diebus autem quibus Missae votivae privatae a rubricis permittuntur, conveniens est dicere (tantum in altari expositionis) Missam votivam Ssmi Sacramenti cum paramentis *albi* coloris, sine *Gloria* et sine Credo, cum secunda oratione de Officio diei currentis et tertia oratione quae in Missa diei currentis secundo loco forte dicenda esset, cum Praefatione Communi et *Benedicamus Domino*.

VI. Die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum non licet celebrare Missam votivam solemnem Ssmi Sacramenti vel *pro pace;* sed, si ea die fiat expositio aut repositio Ssmi Sacramenti pro oratione XL Horarum, huiusmodi expositio sequatur, repositio vero cum processione praecedat Missam cantatam de die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum (in qua omittitur quaelibet commemoratio pro vivis). Missae autem privatae tempore expositionis illa die dicuntur de Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum cum paramentis *violacei coloris* et extra altare expositionis.

VII. Diebus quibus exponitur et reponitur Ssmum Sacramentum, cantantur Litaniae, preces et orationes quae dici debent in expositione XL Horarum, prouti exstant in Rituali Romano (tit. V, cap. VII) anno 1952 a Sancta Sede approbato.

VIII. In omnibus Missis privatis, quae tempore expositionis celebrantur, non pulsetur campanula ad *Sanctus* neque ad elevationem.

IX. Sacerdos celebraturus, calicem gestans et transiens ante Ssmum Sacramentum publicae venerationi expositum, prius utrumque genu flectat, deinde caput detegat et mediocriter se inclinet, postea cooperiat caput et surgat.

V

De oratione Ssmi Sacramenti in Missis dicenda

I. Oratio Ssmi Sacramenti, extra tempus Orationis continuae XL Horarum, dicenda est in Missa quae celebratur ad altare, ubi Ssmum Sacramentum statim post Missam exponitur pro publica causa (per aliquod tempus extra aliam sacram functionem), dummodo Missa vel commemoratio in Missa occurrens non sit *de identico Domini mysterio* (ut in festis Passionis, Crucis, Ssmi Redemptoris, Ssmi Cordis Jesu, Pretiosissimi Sanquinis et D. N. Jesu Christi Summi et Aeterni Sacerdotis).

II. Praefata oratio in eadem Missa, etiam occurrentibus festis solemnioribus universalis Ecclesiae, excepta tota Hebdomada sancta, recitanda est, post commemorationes numquam omittendas (DGRS, tit. III, 2), ante orationes a rubricis praescriptas et ante collectas a loci Ordinario imperatas; sed, si oratio Ssmi Sacramenti teneat locum Missae votivae impeditae de Ssmo Sacramento ex Apostolico indulto concessae vel a loci Ordinario pro re gravi et publica simul causa praescriptae, dicatur sub unica conclusione cum prima oratione Missae suetis regulis.

III. Extra tempus Orationis continuae XL Horarum, perdurante per aliquod tempus extra aliam sacram functionem expositione et adoratione Ssmi Sacramenti pro publica causa, in Missis tam cantatis quam lectis addenda est, post commemorationes numquam omittendas (DGRS, tit. III, 2), oratio Ssmi Sacramenti, etiam occurrentibus festis solemnioribus universalis Ecclesiae, excepta tota Hebdomada sancta, dummodo Missa, sive cantata, sive lecta, celebretur in altari expositionis, et dummodo Missa vel commemoratio in Missa occurrens non sit *de identico Domini mysterio* (ut in § I), et exceptis Missis quae in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur (S. R. C., 11 ianuarii 1928, 8 iun. 1928 et 2 iun. 1955, Dub. IX).

VI

De Missa votiva Sacratissimi Cordis Jesu

Prima feria VI cuiusvis mensis in ecclesiis et oratoriis, ubi peculiaria exercitia pietatis in honorem divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peraguntur, permittitur unica Missa (solemnis vel lecta) de eodem Ssmo Corde Jesu.

Haec autem Missa, etiamsi dicatur sine cantu, celebratur cum privilegiis Missae votivae cantatae pro re gravi; ideo in ea dic. *Gloria* et si Missa sit in cantu, etiam *Credo*, fit commemoratio de feria maiori, nisi de die Missa cantetur vel dicatur Missa conventualis. Dicuntur quoque collectae imperatae pro re gravi.

Propibetur tamen:

1° diebus quibus fit officium aut commemoratio de quolibet festo Christi Domini, atque in festo Purificationis B. M. V. (quod festo Christi Domini aequiparatur). Omnibus his diebus, loco Missae votivae de Ssmo Corde Jesu, dicitur more votivo solemni Missa de occurrente festo aut vigilia, sine commemoratione Ssmi Cordis Jesu;

2° die secunda vel tertia vel quarta vel quinta mensis ianuarii, qua die more votivo solemni dicitur Missa ut in festo Circumcisionis (die 1° ianuarii), sine commemoratione Ssmi Cordis Jesu;

3° a feria VI post Ascens. usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive, quibus diebus more votivo solemni

dicitur Missa Ascensionis, sine commemoratione Ssmi Cordis Jesu.

4° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, qua die prohibentur tum Missa tum commemoratio Ssmi Cordis Jesu;

5° in festis duplicibus I classis (quae non sint de Christo Domino), infra octavam Pentecostes; quibus diebus prohibetur tum Missa votiva, tum eius commemoratio;

6° in ecclesiis ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat; item diebus festis de praecepto, etiam suppressis, in ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus, quibus in casibus, non permittitur Missa votiva.

VII

De Missa vot. Immac. Cordis BMV.

Missa vot. Immac. Cordis BMV. — Adeamus (e die 22 Aug.) cantari vel legi potest in qualibet eccl. primo sabb. mensis, si illam immediate sequitur specialis devotio in honorem BMV. (lit. Lauretanae, Pod Twoją obronę, actus consecrationis Immac. Cordi et bened. SS-mo Sacram. modo romano). In Missa vot. sq. fiunt mutationes: 1: in collecta: — festivitatem in commemorationem; in praefatione loco Et te in festivitate dic. Et te in veneratione; in postcommunione: sollemnia mut. in memoriam.

Prohibetur: 1° in festis dupl. 1 et 2 cl.
2° in vig. Pentec.
3° in Sabb. S.
4° in vig. et festis BMV.
5° in octavis.

VIII

De Missa votiva pro Sponsis

Permittitur quotidie per annum extra tempus clausum, nempe a Nativitate Domini exclusive usque ad feriam IV Cinerum exclusive et a die Paschatis exclusive usque ad primam Dominicam Adventus exclusive. Permittitur etiam tempore clauso, quoties Ordinarius loci ex iusta causa benedictionem nuptialem permiserit. Prohibetur tamen:

1° diebus Dominicis et festivis de praecepto, etiam suppressis;

2° in duplicibus I et II classis;

3° in vigiliis Nativitatis et Pentecostes;

4° infra octavas Paschatis et Pentecostes;

5° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

6° feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

7° in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

Haec Missa dicitur in colore *albo*, sine *Gloria* et sine *Credo*, cum *Benedicamus Domino* in fine. Dicuntur orationes diei currentis. Dicitur Praefatio Communis, vel de Tempore.

Diebus ut supra impeditis, etiam tempore clauso, si intercedat Ordinarii permissio, legitur Missa de die cum commemoratione pro Sponsis sub unica conclusione cum prima oratione ac datur benedictio pro eis propria, praeterquam in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, in qua et Missa et oratio et benedictio prohibentur.

IX

De Missis votivis cantatis pro re non gravi

Missae votivae cantatae pro re non gravi permittuntur quandocumque non occurrerit officium duplex, aut Dominica quaevis; sed prohibentur:

1° feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

2° in vigiliis Nativitatis, et Pentecostes;

3° infra octavas Nativitatis, Paschatis et Pentecostes;

4° in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

X

De Missis votivis sine cantu

Missae votivae sine cantu permittuntur ex rationabili tamen causa, quandocumque non occurrit officium duplex, aut Dominica quaevis; sed, etsi dicantur pro aliqua causa gravi, prohibentur:

1° in feriis Quatuor Temporum, in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive, a feria IV Cinerum usque ad feriam IV Maioris Hebdomadae inclusive; in feria II Rogationum;

2° in omnibus vigiliis;

3° infra octavas Nativitatis, Paschatis, Pentecostes;

4° diebus 2-5 et 7-13 ian.;

5° a feria VI post Ascensionem D. usque ad Vigiliam Pentecostes inclusive;

6° in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

XI

De Missis defunctorum pro diebus privilegiatis

I. *Missa unica cantata* (vel etiam, pro pauperibus, lecta) pro die obitus, etiam absente rationabilem ob causam vel iam sepulto cadavere, permittitur in ecclesia ubi exsequiale funus defuncti agitur, sed prohibetur:

1° in festis Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ssmae Trinitatis, Ssmi Corporis Christi, Ssmi Cordis Jesu, D. N. J. C. Regis, Conceptionis Immaculatae, Annuntiationis et Assumptionis B. M. V., Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Nativitatis S. Joannis Baptistae, S. Joseph (19 martii), Ss. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, et ultimo triduo Maioris Hebdomadae, non autem feriis II et III post Pascha et Pentecosten, neque prima die iulii! neque prima die maii, S. Joseph Opificis, dupl. 1 cl. secund.;

2° in festis Dedicationis ac Tituli ecclesiae ipsius in qua funus agi deberet;

3° in festo Patroni principalis loci, et, pro religiosis Institutis, in festis Tituli ac Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis.

Si solemnitas externa horum festorum fuerit in Dominicam translata, Missa exsequialis prohibetur tantum in Dominica in qua agitur solemnitas.

Quoties haec Missa a rubricis, ut supra, impeditur, transferri potest in proximiorem sequentem diem similiter non impeditam.

Quod si in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum agatur funus alicuius defuncti, sumatur prima Missa, et in ecclesiis et oratoriis ubi prima Missa solemniter celebrata fuerit, aut pro officio diei distincte sit dein celebranda, dicatur secunda, aut demum tertia Missa; addita tamen in ipsa Missa exse-

quiali, sub unica conclusione, oratione pro eodem defuncto, ut pro die obitus.

II. *Missae privatae* in ecclesia aut oratio publico, ubi exsequiale funus defuncti solemniter agitur, ipsa die dici possunt de requie pro die obitus ut supra (dummodo pro ipso defuncto applicentur); prohibentur vero:

1° in Dominicis aut festis de praecepto, licet suppressis;

2° in duplicibus I vel II classis, etiam translatis;

3° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

4° in vigiliis Nativitatis et Pentecostes;

5° feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

6° infra octavas Nativitatis, Paschae et Pentecostes.

Huiusmodi Missae privatae pariter celebrari possunt unica die ad libitum, ab obitu usque ad depositionem defuncti, in oratoriis semipublicis, quae, deficiente ecclesia vel oratorio publico, horum locum teneant; necnon quotidie per idem tempus in oratoriis semipublicis, quae locum ecclesiae vel oratorii publici non teneant, et in oratoriis stricte privatis domus defuncti; dummodo cadaver sit physice praesens in domo, ubi erecta sunt ipsa oratoria et dies impedita non occurrat.

III. *Missa unica cantata vel lecta* in die III, VII, XXX et anniversaria ab obitu vel depositione defunctorum et opportuniori die post acceptum mortis nuntium, permittitur in qualibet ecclesia, dummodo non occurrant dies, qui Missas privatas pro die obitus, ut supra, impediant; quo in casu, huiusmodi Missa in proximiorem diem pariter non impeditam anticipari, si anticipari valeat, aut transferri potest, dummodo in cantu celebretur.

Idem servatur pro unica Missa cantata in anniversariis quae extra diem obitus ex fundatione celebrantur, vel quae pro omnibus defunctis alicuius coetus semel quolibet anno habentur.

Idem quoque servatur pro Missis quae per octiduum, a Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum inclusive computandum, pro fidelium pietate pariter in cantu peraguntur: quae tamen Missae extra octiduum ipsum anticipari et transferri nequeunt.

Item, in ecclesia vel oratorio publico ac principali sepulcreti, immo et in quolibet sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missae quae inibi celebrari permittuntur, possunt esse de requie: dummodo non occurrat Dominica, aut festum de praecepto, licet suppressum, duplex I vel II classis, etiam translatum, aut aliqua ex feriis vel vigiliis privilegiatis et octavis (ut supra). Hoc tamen privilegium non favet aliis ecclesiis vel cappellis extra coemeterium, subter quas, licet ad legitimam distantiam, alicuius defuncti cadaver quiescit; neque ecclesiis, oratoriis publicis et sacellis sepulcreti in quo olim cadavera sepeliebantur, quod sepulcretum tamen qualibet ex causa derelictum est, ita ut defuncti sepeliri in eo non amplius soleant; neque ecclesiis quae licet circumiacens habeant coemeterium, tamen adiunctum chorale onus, aut curam animarum adnexam habent.

XII

De Missis quotidianis defunctorum

I. Missae quotidianae defunctorum **sine cantu** celebrari possunt quandocumque non occurrit officium duplex aut Dominica quaevis; prohibentur tamen:

1° infra octavas Nativitatis, Paschatis, Pentecostes;

2° toto quadragesimali tempore, excepta in unaqua-

que hebdomada, post feriam IV Cinerum, prima die libera a festo ritus duplicis, a feria Quatuor Temporum et feria privilegiata;

3° in feriis Quatuor Temporum; in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive; in feria II Rogationum;

4° in omnibus vigiliis;

5° diebus 2-5 et 7-12 ianuarii;

6° a feria VI post Ascensionem Domini usque ad Vigiliam Pentecostes inclusive.

II. Missae quotidianae defunctorum **in cantu** permittuntur quandocumque non occurrit officium duplex aut Dominica quaevis; sed prohibentur:

1° infra octavas Nativitatis, Paschatis, Pentecostes;

2° feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

3° in vigiliis Nativitatis et Pentecostes.

XIII

De qualibet Missa defunctorum

Quaelibet Missa defunctorum etiam in die aut pro die obitus, in ecclesiis ubi habeatur expositio Ssmi Sacramenti, prohibetur toto expositionis tempore, praeterquam Missae de Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Prohibetur insuper quoties urgeat obligatio Missae conventualis vel parochialis, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

Item in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, prohibetur die 2 februarii, feria IV Cinerum, Dominica Palmarum et vigilia Pentecostes, si respective fiat benedictio candelarum, cinerum, palmarum aut

fontis baptismalis, et in Litaniis maioribus et minoribus, si fiat processio.

Missae ex indulto, ter in hebd.

Vigore gratiarum Apostolicarum, dioecesi huic concessarum ac Decreto Exmi Dni Praesidis Episcopatus Poloniae, de die 27 Martii Anni 1954 Nr 1949/54/P. E., ad quinquennium i. e. ad diem 11 Aprilis 1959 an. prorogatarum, in singulis ecclesiis paroecialibus et quasiparoecialibus necnon in singulis ecclessis rectoralibus atque in oratoriis publicis et semipublicis dioecesis siedlcensis:

„Missae, etiam lectae, pro defunctis in colore nigro t e r in hebdomada celebrari possint; dummodo non occurrat aliquod Festum duplex primae vel secundae classis aut Festum de praecepto etiam suppressum nec non Feria vel Vigilia aut Octava, quae sint ex privilegiatis; excepto quoque toto quadragesimali tempore Servatis de cetero rubricis".

In singulis ecclesiis, vigore supracitati decreti gratiae, licet unicuique sacerdoti, nam privilegium est locale, non personale, celebrare Missam quotidianam pro singulo defuncto unam; quare non licet omnibus sacerdotibus pro eadem anima Sacrum litare, sed unusquisque pro distincta anima, secus in colore diei esse debet, respondes Officio occurrenti.

Rectoris ecclesiae est pro unaquaque hebdomada prius dies indultos designare; designatio dierum debdomadae stabili modo ad infinitum non valet, sed pro unaquaque hebdomada in Ordine Divini Offici in sacristia, aut in libro Missarum designatio a Rectore ecclesiae fieri debet.

ORATIO IMPERATA

a) pro re gravi ad diem 31 Martii 1957 an. De BMV. e Miss (Prop. Pol.) die 3 Maii. Decretum Excel. Episcopi Podl. de die 19 Martii 1956 an.

Haec oratio pro re gravi prohibetur proinde:

1° in duplicibus I classis;
2° in Dominicis I classis;
3° in vigiliis Nativitatis et Pentecostes;
4° feriis II. III et IV Hebdomadae sanctae (Decr. OHS. I, 3).
5° quoties in Missa iam tres orationes a rubricis diei praeescribantur, et Ordinarius loci collectam pro re gravi imperaverit, ultima oratio ex praescriptis omittitur eiusque loco dicitur collecta pro re gravi imperata.

b) pro re non gravi a die 1 Aprilis 1957 anni.

Pro quacumque tribulatione (13 inter orationes diversas).

Decretum Excel. Episcopi Podl. de d. 20 Julii 1956 an.

Haec oratio imperata *pro re non gravi* prohibetur proinde:

1. in dupl. I et II classis.
2. in omnibus dominicis etiam tantum commemoratis.
3. in vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes.
4. feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae.
5. infra octavas Nativ. Domini, Paschatis et Pentecostes.
6. in omnibus missis in cantu vel ad modum votivae sollemnis celebratis.
7. quoties in Missa, iuxta rubricas, iam tres orationes dictae sint.

De orationibus ad libitum in Missa dicendis

I. Diebus ritus simplicis, exceptis feriis privilegiatis (nempe feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Hebdomadae sanctae), in Missis lectis, non tamen conventualibus, sive de occurrenti officio sive votivis, plures orationes ad Celebrantis libitum dici possunt, dummodo orationes huiusmodi post orationes a rubricis praescriptas et collectas ab Ordinario loci imperatas locum habeant, et cum eis ternarium numerum non excedant (DGRS, tit. III, 3 et tit. V, 4).

II. In anniversario propriae ordinationis sacerdotalis, a die fixa mensis computando, si vigilia Nativitatis vel Pentecostes, Dominica II Pass. seu in Palmis, Hebdomada sancta aut duplex I clasis non occurrerint, secus autem in proximiori sequenti die similiter non impedita, cuivis Sacerdoti licet, extra Missas defunctorum et post orationes a rubricis praescriptas, addere orationem pro seipso sacerdote, ut inter orationes diversas sub n. 20.

Festum Patroni

Festum principalis Patroni cuiusque loci celebrandum est in omnibus ecclesiis atque oratoriis eiusdem loci sub ritu duplici I classis; de Patronis autem minus principalibus, seu secundariis, cuiusque loci, in omnibus ecclesiis atque oratoriis eiusdem loci, festum agitur sub ritu duplici maiori (S. R. C., 9 iulii 1895, n. 3863; nov. rubr. Brev. Rom. tit. IX, n. 3; catalog. dupl. maior primar., ibid; et DGRS, tit. II, 11).

Ordo servandus in celebrandis Missis Votivis privatis

Missa Votiva	Col.	Missa	Gloria	Orationes	Credo	Praef.	In fine Missae
De SS. Trinitate	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De Spir. Sancto	Rub.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De SS. Sacram.	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (6)	Bened. Dno
De Passione	Viol.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	De Cruce	Bened. Dno
De S. Cruce	Rub.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	De Cruce	Bened. Dno
De SS. Cor. Iesu	Alb.	**Cogitationes**	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De B.M.V. (1)	Alb.	Propr.	Omitt. nisi in sabb.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Id., sed in sabb. **Ite, missa est**
De Angelis	Alb.	Propr.	Dicitur	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. 6	Ite, missa est
S. Ioseph Sp.B.M.V	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr.	Bened. Dno
De Apostol.	Rub.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	De Apost.	Bened. Dno
De Sanctis (2)	Ut in eor. festo (3)	Propr. vel de Comm.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Propr. vel Comm. 6	Bened. Dno
Pro quac neces. (7)	Viol.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. 6	Bened. Dno
Pro infirm.	Viol.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. 6	Bened. Dno
Pro Sponsis	Alb.	Propr.	Omitt.	2 diei curr. (4)	Omitt.	Comm. (6)	Bened. Dno
Pro defunct.	Nig.	Ut in Missali	Omitt.	unic. v. pl. iuxta Rub. (5)	Omitt.	Propr.	Requiescant in pace

ADNOTATIONES

1. Dicitur una ex quinque pro diversitate Temporis, *vel* de Immaculata, *vel* de Septem Doloribus B. M. V. (Feria VI post Dominicam Passionis cum I oratione propria), vel de Immaculato Corde B. M. V. (die 22 augusti).

2. De Beatis dici nequit sine speciali indulto.

3. In Missa votiva Ss. Innocentium Mm. *rubro* colore utendum est.

4. Idest II et III (si adest) de Officio diei. Quoad collectas a *loci* Ordinario imperatas in Missis dicendas cfr. supra.

5. In tribus primis Missis **una** oratio; in Missa quotidiana cantata *una* tantum Oratio secus tres dici possunt: I pro Defuncto (a) aut (is), II ad libitum et III *Fidelium:* deficiente vel ignorata designatione, I *Deus, veniae largitor,* II ad libitum et III *Fidelium.*

6. Praefatio dicitur quae cuique Missae propria est; qua deficiente, dicitur de tempore, secus communis (DGRS, tit. V, 8).[1]

7. Vel pro infirmis, pro Fidei Propagatione, etc.

Nota. — In fine legitur semper Evangelium S. Joannis **In principio**, etc.

ADVERTENDA PRO USU HUIUS KALENDARII

I — DE RECITATIONE DIVINI OFFICII

1° In singul. Officiis ritus *duplicis* mai. vel min., nisi aliter notetur in propriis locis, totum offic. persolvitur ut infra sub titulo 2° *Officium ordinarium* adnotatur.

1 Decretum generale de rubricis ad simpliciorem formam redigendis, S. R. C. die 23 martii datum, ita citabitur DGRS.

2° Singul. dieb. *infra Hebdom.* Complet. dicitur de *Feria currenti* aut de *Sabbato* nisi aliter notetur, et in omnib. Dominicis de *Dominica.*

3° Anae et Psalmi in 2° schemate positi, tum ad Mat. *(in 3 noct.* Fer. 4), tum ad Laud. seu Dominicae seu Feriarum, adhibeantur tantummodo quando in hoc Ordine adnotatur.

4° *Symbol. Athanasian.* dicitur tantum in festo Ss. Trinitatis (DGRS, tit. IV, 10).

5° Preces feriales dicuntur tantum in Vesperis et Laud. in feriis IV et VI tempore Advent. et Quadrag., Passionis necnon in feriis IV, VI et sabbato Quatuor Temporum (excepta octava Pentecostes), quando officium fit de feria (DGRS, IV, 7).

6° Omnes aliae preces supprimuntur (DGRS, titulus IV, 8).

1° *Officium festivum seu solemne*

(DGRS, tit. VI, 12 a)

Dicitur sequentibus diebus:

a) In Festis *1 cl. privilegiatis* et per omnem horum *Festor. Octavam.*

b) In ceter. omn. Fest. *1 classis.*

c) In Vigiliis Pentecostes (per integr. Offic.), atque etiam in Vigil. Nativ. Domini (ad Laud. et per Horas tant.).

d) In Dominicis infra Octavam Nativitatis et olim infra Octavas Ascensionis, Corporis Christi et Sacratissimi Cordis Jesu.

Officium totum dicitur proprium vel *de Communi Sanctorum:* sumptis tamen ad Laudes, Horas et Completorium psalmis de Dominica ut in Psalterio.

Ad Primam, loco Ps. 117 dicitur Ps. 53.

In Triduo Hebdomadae Maioris, omnia dicuntur ut notatur in Breviario et in OHS., sed ad Laudes dic. psalmi de Feria, in 2° schemate, excepto Cantico Sabbati sancti *Ego dixi* ut not. pr. 1.

2° *Officium ordinarium*

Quotidie dicendum in Festis ritus duplicis maior. vel minor. exceptis quibusdam Fest. pro quibus Offic. Medium adhibetur.

I Vesperae desunt.

Ad Matutinum. — Invitatorium et Hymnus: *de Festo.*
Anae, cum suis Psalm. et vers. Nocturn.: *de Feria currente.*
Lectiones I Nocturni et ear. Respons.: *de Scriptura currente.*
Lect. II et III Noct. cum suis Responsoriis: *de Festo.*

Ad Laudes et Vesperas. — Anae cum suis Psalmis: *de Feria.*
Capitulum et relique omnia: *de Festo.*

Ad Primam. — Hymn.: *ut in Ordinario.*
Ana cum suis Psalmis: *de Feria.*
Capitulum et reliqua: *ut in Ordinario.*
Lectio brevis (ad Prim.): *de Festo.*

Ad Tertiam, Sextam et Nonam. — Hymn.: *ut in Ordinario.*
Ana cum suis Psalmis: *de Feria.*
Capitulum et reliqua: *de Festo.*

Ad Completorium. — Ana cum suis Psalmis: *de Feria.*
Reliqua omnia: *ut in Ordinario.*

Notanda — In Off. *ritus dupl.* ad Mat., Laud. et Vesp. Antiphonae ante et post Pss. integrae recitantur.

3° *Officium medium*

In festis II cl. et in festis duplicibus Domini et BMV., ad Matut., Ld. et Vesp. fit ut in proprio et in communi; ad Hor. min. ut in psalterio de feria cur-

renti (nisi haec festa occurrant in dominicis, et fiat officium de ipsius; tunc recitantur, ut patet, psalmi de dominica) et pr. loco; ad Completorium de dominica.

In ceteris festis, vigiliis vel feriis, per omnes Hor. fit ut in psalterio et pr. loco, nisi in Matut., Ld. et Vesp. antiph. et psalmi specialiter assignati habeantur.

4 *Officium dominicale*

(DGRS, tit. IV, 12, b)

Pro Officio Dominicae. Omnia dicuntur ut notat. in *Ordinario, Psalterio* et *Proprio de Tempore,* haec observando:

1° In 1 Vesp. et ad Complet. omnia dicunt. de Sabb. sub ritu dupl. (etsi antiph. non duplicentur) (In Advent., Anae pro his Vesp. desumunt. e L.), Capit. et Hymn. ut in Psalt. hac die vel in/Propr. de Temp. Ad Magnif. Ana pr. et Or. Dom. in Pr. de Temp.

Symb. *Quicumque* dicitur tantum in festo Ssmae Trinitatis.

2° In Dom., a Septuag. usq. ad Dom. Palmar., Psalmi ad L. sumunt. e 2° schem, et tunc ad Prim. dicunt. Pss. 92 et 99 loco Ps. 117.

3° In 2 Vesp. et ad Compl. omnia dicunt. de Dom. usque ad Capit.; Capit. et rel. ut in Ordinar. vel Propr. de Temp.

5° *Officium simplex*

Omnia ut in Off. ordinario n. 2°, excepto Matutino. *Ad Matutinum,* Invitat. et Hymn.: *de Festo.*

Novem Anae cum Pss. dic. continuatim, omiss. v. in 1° et 2° Noct.: *de Feria.*

Absolutio ut in Ordinar., scilicet: Fer. 2 et 5 *Exaudi...* ut in I Nocturno Offici novem lectionum.

Fer. 3 et 6 *Ipsius pietas...* ut in II Nocturno.

Fer. 4 et Sabb. *A vinculis...* ut in III Nocturno.

Benedictiones: 1 *Ille nos.* — 2 *Cuius* (vel) *Quorum* — 3 *Ad societatem:* in Ordinario.

Lectiones 1 et 2 cum RR. *de Script. occur.*

Ad 2 R. addit. *Gloria Patri,* 3 de Festo.

Et dicit *Te Deum.*

Ad Laudes Anae et pss. *de Fer.,* a cap. *de Comm.* Or. pr.

Vesperae tam I quam II desunt.

Notanda. — a) Sic disponitur officium etiam in Festis pr. habentibus Anas quae deinceps omittentur. b) Offic. simplex desinit ad Nonam.

Officium B. Mariae V. in Sabbato Hoc. Off. ordinat. ut Off. simplex, sed in eo Absolutio et Benedictiones sunt propr. — Ad Ld. Anae et Pss. sunt de Sabb., Cap., Hymn. et v. ut in Fest. BM.

6° *Officium feriale*

Ad Matut. Invit. et Hymn. (per ann.) *de Fer. curr.* ut in Psalt. (aliis Temp. ut in Ordinar.). — Novem Anae cum suis Pss. de Fer. curr. sine interrupt. (id est omiss. v. in 1° et 2° Noct.).

Absolutiones et Benedictiones ut in Ordinario, scilicet:

Fer. 2 et 5, ut in I Noct. Absol.: *Exaudi Domine...* Benedict.: *Benedictione perp... Unigenitus... Spiritus Sancti.*

Fer. 3 et 6, ut in II Noct. Absol. *Ipsius pietas.* Benedict.: *Deus Pater... Christus perp... Ignem sui...*

Fer. 4 et Sabb. ut in III Noct. Absol.: *A vinculis.* Benedict.: 1 si legit. Homil. cum Evang. *Evangelica*

lectio, si non legit. Homil.: *Ille nos benedicat... 2 Divinum auxil... 3 Ad societatem...*

Lect. et RR. ut in Propr. Temp.; in Vigil., Ll. de Hom. cum RR. Fer. cur.

Te Deum dicit. tant. Temp. Pasch., excepta tamen Fer. 2 Rogat.

Ad Laud. et Vesp. dicit. Oratio Dom. praec., quando propria non assignatur.

Ad Hor. et *Compl.* Anae et Ps. ut in Psalt., Capit. et rel. ut in Ordin. (Offic. feriali). — Temp. *Quadrag.* et Temp. *Passion.* ad Hor. min., Anae, Cap. et reliq. ut in Ordinar pr. loco.

In Feriis Adv., Temp. a Sept. ad Pascha, in Fer. IV Temp. Septemb. et in Vig. per annum, ad L. dic. Anae et Pss. de 2° schem. (itemque fit Fer. 4 pro tribus ult. pss. Noct.), except. Vigil. Nativ. D., Ascensionis necnon Vig. et IV Temp. Pentecost.; Cap. Hymn. etc. in 1° schem.: (Ad Hor. min., Temp. Adv. usque ad diem 16 Dec., Ant. de L. Dom. praec.). — Ad Prim., post 3 pss. subi. 4 ps. (1 e L. in 1 schem., ut not. in Psalt.).

Preces recitantur tantum in Vesp. et Laud. feriarum IV et VI tempore Adventus, Quadragesimae et Passionis, necnon feriis IV et VI atque sabbato Quatuor Temporum, quando fit officium de feria.

II — De MISSAE CELEBRATIONE

Quotidie in celebratione Missae, nisi aliter notetur:

a) Dicitur: *Gloria*, Praef. Comm., *Ite, Missa est* et Evang. S. Ioannis in fine.

b) Orationes pro diversitate temporum assignatae abolentur.

c) In Missis votivis defunctorum, si in cantu celebrentur, unica dicitur oratio, si sine cantu, dici possunt tres orationes.

d) In Missis defunctorum sequentia Dies orae omitti potest, nisi agatur de Missa in die obitus seu depositionis praesente cadavere, vel etiam absente ob rationabilem causam.

e) In Missis in cantu, nulla admittitur commemoratio, praeterquam: com. de quavis dominica, de festo 1 classis, de feriis Quadrag. et Adventus, de feriis et sabb. Quatuor Temp. Septembr. ac de Litanis maiorib., et de SSmo Sacramento. (DGRS, tit. III, 4-a).

f) In quavis Missa pro ultimo Evangelio sumitur semper initium Evangelii secundum Ioannem, excepta tertia Missa Nativitatis Domini et Missa Dominicae Palmarum.

VARIATIONES IN RECITATIONE BREVIARII

De initio Horarum

(DGRS, tit. IV, a. b)

Horae canonicae, tam in publica quam in privata recitatione, omissis *Pater*, *Ave* et respective: *Credo*, inchoantur absolute, hoc modo:

Matutinum: a versu Domine, labia mea aperies.

Laudes, Horae minores et Vesperae: a versu *Deus, in adiutorium.*

Completorium: a versu *Iube, domne, benedicere.*

De fine Horarum

Item Horae canonicae absolvuntur hoc modo:

Matutinum (in recitatione privata), Laudes, Tertia, Sexta, Nona et Vesperae: versu *Fidelium animae.* Prima: benedictione *Dominus nos benedicat.*

Completorium: benedictione *Benedicat et custodiat.*

De conclusione Officii

Cursus cotidianus divini officii concluditur post Completorium, sueta antiphona BMV., cum versiculo *Divinum auxilium.*

De indulto et indulgentis

Indultum et indulgentiae, pro recitatione orationis *Sacrosanctae* concessa, eidem antiphonae finali adnectuntur.

ADDENDA LECTIONIBUS SANCTORUM QUI NUPER PATRONI PRO UNIVERSALI ECCLESIA DECLARATI SUNT

(S. R. C., die 16 octobris 1953)

Die 8 Maii. Ad lectionem VI et ad lectionem contractam S. Michaelis Archangeli: »Eum Pius duodecimus Radiologis et Radiumtherapeuticis Patronum et Protectorem constituit«.

Die 15 Maii. Ad lectionem VI et ad lectionem contractam S. Ioannis Baptistae de La Salle: »Pius vero duodecimus omnium Magistrorum pueris adulescentibusque instituendis praecipuum apud Deum caelestem Patronum constituit«.

Die 2 Augusti. Ad VI lectionem S. Alfonsi M. de Ligorio: »Pius nonus vero, ex sacrorum Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiae Doctorem declaravit. Tandem Pius duodecimus omnium Confessariorum ac Moralistarum caelestem apud Deum Patronum constituit«.

Ad Lectionem contractam: »... et Pius duodecimus omnium Confessariorum et Moralistarum caelestem apud Deum Patronum constituit«.

Die 27 Augusti. Ad lectionem VI S. Iosephi Calasanctii: »Denique a Pio duodecimo omnium Scholarum popularium Christianarum ubique exstantium caelestis apud Deum Patronus costitutus est«.

Ad lectionem contractam: »Eum Pius duodecimus omnium Scholarum popularium christianarum ibique exstantium caelestem apud Deum Patronum constituit«.

Die 15 Novembris. Ad lectionem VI et ad lectionem contractam S. Alberti Magni: »... et Pius duodecimus cultorum scientiarum naturalium caelestem apud Deum Patronum constituit«.

JANUARIUS

† 1. Alb. Fer. 3. — **Circumcisio Domini et Oct. Nativ.**, dx 2 cl. — Off. festiv. in pr. — Ad Ld. et Hor. (Ant. pr., Pss. de Dom.) dox. **Jesu, tibi**, ad Prim. (Pss. ut in festis) **V. Q. natus.** — Mis. pr., Gl., imp., Cr., Prf. et Commun. Nativ. — In 2 Vesp. pr. nulla com. — Compl. Dom.

A die 2 ian. usque ad Nonam diei 5 eiusdem mensis, conclusio hymnorum, versus in R. brevi ad Primam et Prf. (sine *Communicantes*) dicuntur ut in Nativitate Dom., nisi habeantur propria.

2. Alb. Fer. 4. — **SS. Nominis Jesu**, dx. 2 cl. — Off. festiv. in pr. ad Mat. et ad Ld. — Ad Ld. Pss. de Dom. — Ad Hor. Ant. et Pss. de fer., rel. in pr. — Mis. pr., Gl., imp., Cr., Prf. Nat. — In 2 Vesp. de festo nulla com. — Compl. Dom.

Diebus 3, 4, 5 ian. prohib. Miss. lectae tam votiv. quam quotid. Defunct.

3. Alb. Fer. 5. (Proh. MRVL). — **De ea**, simpl. — Off. ferial. — Ad Mat. (Invit. et Hymn. ut in die Circumc.) Ll. et RR. (2 add. Gl.) de Scr. occ., **Te Deum.** — Ad Ld. et ad Hor. a cap. fit ut die 1 ian. — Ad Prim. cap. Regi, **V. Q. natus.** — Mis. ut die Circumc. Dom., Gl., imp., sine Cr., Prf. Nat., **Ite Missa est.** — Vesp. ferial., a cap. ut in 2 Vesp. diei 1 ian. — Compl. fer.

Cras pro Mis. vot. SS. Cordis Jesu dic. Mis. ut in festo Circumc. D. (alb.), Gl., imp., Prf. Nat.

4. Alb. Fer. 6. (Proh. MRVL.). — **De ea**, simpl. — Off. ferial — Omnia ut die 3 ianuarii.

Cras pro Mis. vot. Immac. Cordis BMV. Mis. de Sabb. (*Vultum*), un. or. et in Mis. cant. Cr., Prf. BMV.

5. Alb. Sabb. (Proh. MRVL.). — **De S. Maria in Sabb.**, simpl. — Off. in Psalt. et in pr. — Abs. et Bened. pr., Ll. 1 et 2 de Scr. occ., L. 3 pr. **De via, Te Deum.** — Ad Ld. ad Bened. Ant. **Mirabile**, com. S. Telesphori **(Gregem).** — Ad Hor. dox. **Jesu, tibi**, ad Prim. **V. Q. natus.** — Mis. **Vultum** (ab Epiph. ad Purif.) Gl., 2 or. S. Telesphori **(Gregem)**, Prf. BMV. **Et te in Veneratione.** — Vesp. de seq. in pr., sine com., dox. **Jesu, tibi.** — Compl. Dom.

Cras ante Mis. princ. bened. auri, thuris et myrrhae.

† 6. Alb. **Dom.** (vacat). — **EPIPHANIA DOMINI**, dx. 1 cl. — Off. festiv. in pr. — Ad Mat., absol. incip. per Ant. **Afferte**

et in 3 N. Ant. et Ps. **Venite,** omisso Ps. **Fundamenta,** 1 R. **Hodie.** — Ad Prim. **V. Q. apparuisti.** — Mis., Gl., Cr., Prf. et Commun. pr. — In 2 Vesp. nulla com. — Compl. Dom.

A die 7 ian. usque ad diem 11 eiusdem mensis conclusio hymnorum, versus in R. brevi ad Primam et Prf. (sine Commun.) dicuntur de festo Epiph. D., nisi habeantur pr.

Diebus 7 — 12 ian. prohib. Mis. lectae tam votiv. quam quotid. Defunct.

7. Alb. Fer. 2. (Proh. MRVL.). — **De ea,** simpl. — Off. ferial. — Ad Mat. (Invit. et Hymn. ut in festo Epiph.) Ll. de Scr. occ. **(de Epist. ad Romanos)** c. suis RR. (1 R. **Tria sunt**), (2 R. add. Gl.), **Te Deum.** — Ad Ld. (Ant. ad Bened. **Ab Oriente)** et ad Hor. a cap. ut in festo Epiph. — Ad Prim. cap. **Regi** et **V. Q. apparuisti.** — Miss. ut in festo Epiph., Gl., imp., sine Cr., Prf. Epiph. — Vesp. ferial., a cap. ut in 2 Vesp. Epiph., ad Magn. Ant. **Videntes stellam.** — Compl. fer.

8. Alb. Fer. 3. (Proh. MRVL.). — **De ea,** simpl. — Off. ferial. — Ad Mat. (Invit. et Hymn. ut in festo Epiph.) Ll. de Scr. occ. **(De Epist. ad Rom.)** cum suis RR. (1 R. **Tria sunt),** (2 R. add. Gl.), **Te Deum.** — Ad Ld.

(Ant. ad Bened. **Tria sunt**) et ad Hor. a cap. ut in festo Epiph. — Ad Prim. cap. **Regi** et **V. Q. apparuisti.** — Mis. ut in festo Epiph., Gl., imp., sine Cr., Prf. Epiph. — Vesp. ferial., a cap. ut in 2 Vesp. Epiph., ad Magn. Ant. **Lux de luce.** — Compl. fer.

9. Alb. Fer. 4. (Proh. MRVL.). — **De ea,** simpl. — Off. ferial. — Ad Mat. (Invit. et Hymn. ut in festo Epiph.) Ll. de Scr. occ. **(De Epist. ad Rom.)** cum suis RR. (1 R. **Tria sunt),** (2 R. add. Gl.), **Te Deum.** — Ad Ld. (Ant. ad Bened. **Vidimus)** et ad Hor. a cap. ut in festo Epiph. — Ad Prim. cap. **Regi** et **V. Q. apparuisti.** — Mis. ut in festo Epiph., Gl., imp., sine Cr., Prf. Epiph. — Vesp. ferial., a cap. ut in 2 Vesp. Epiph., ad Magn. Ant. **Interrogabat.** — Compl. fer.

10. Alb. Fer. 5. (Proh. MRVL.). — **De ea,** simpl. — Off. ferial. — Ad Mat. (Invit. et Hymn. ut in festo Epiph.) Ll. de Scr. occ. **(De Epist. ad Rom.)** cum suis RR. (1 R. **Tria sunt**), (2 R. add. Gl.), **Te Deum.** — Ad Ld. (Ant. ad Bened. **Omnes nationes)** et ad Hor., a cap. ut in festo Epiph. — Ad Prim. cap. **Regi** et **V. Q. apparuisti.** — Mis. ut in festo Epiph., Gl., imp., sine Cr., Prf. Epiph. — Vesp. ferial., a cap. ut in 2 Vesp. Epiph.,

ad Magn. Ant. **Omnes de Saba,** nulla com. — Compl. fer.

11. Alb. Fer. 6. (Proh. MRVL.). — **De ea,** simpl. — Off. ferial. — Ad Mat. (Invit. et Hymn. ut in festo Epiph.) Ll. de Scr. occ. **(De Epist. ad Rom.)** cum suis RR. (1 R. **Tria sunt**), (2 R. add. Gl.), **Te Deum**. — Ad Ld. ad Bened. Ant. **Venient** (com. S. Hygini, or. **Gregem**) et ad Hor. a cap. ut in festo Epiph. — Ad Prim. cap. **Regi** et **V. Q. apparuisti.** — Mis. ut in festo Epiph., Gl., 2 or. S. Hygini **(Gregem),** 3 imp., sine Cr., Prf. Epiph. — Vel Mis. S. Hygini (rub.), **Si diligis me,** Gl., 2 or. Epiph., 3 imp., sine Cr., Prf. Epiph. — Vesp. ferial., a cap. ut in 2 Vesp. Epiph., ad Magn. Ant. **Admoniti,** nulla com. — Compl. fer.

12. Alb. Sabb. (Proh. MRVL.). — **De S. Maria in Sabb.,** simpl. — Off. in Psalt. et in pr. — Abs. et Bened. pr., Ll. 1 et 2 de Scr. occ. **De Epist. I ad Corinthios: Paulus, vocatus** (ex Dom. I pt. Epiph.), cum suis RR., L. 3 pr. **De via, Te Deum.** — Ad Ld. ad Bened. Ant. **Mirabile.** — Ad Hor. dox. **Jesu, tibi,** ad Primam **V. Q. natus.** — Mis. **(Vultum)** Gl., Prf. BMV. **Et te in Veneratione.** — Vesp. de seq. pr. loc., dox. pr.

usq. ad Compl. diei seq. inclus., com. Dom. — Compl. Dom.

De Commemor. Baptismatis D. N. Jesu Christi, hoc anno nihil fit.

† 13. Alb. Dom. 1 pt. Epiph. — **S. Familiae Jesu, Mariae, Joseph,** dxm. — Off. festiv. in pr. — Ad Mat. 8 Ben. **Divinum.** — Ad Ld. (com. Dom.) Ant. pr. et ad Hor. (etiam ad Prim.) Ant. et Pss. de Dom., ad Prim. **V. Q. Mariae.** — Mis. pr., Gl., 2 or. Dom., 3 imp., Cr., Prf. Epiph., sine Commun. pr. — In 2 Vesp. festiv. com. Dom. — Compl. Dom.

In Hymno *Iste Confessor,* tertius versus erit semper: *Meruit supremos laudis honores* (DGRS. tit. IV, 5).

14. Alb. Fer. 2. — **S. Hilarii ECD.,** dx. — Off. Ordin — LIN. de Scr. occ. cum suis RR. (olim extra Oct. Epiph.). — Ad Ld. com. S. Felicis. — Mis., Gl., 2 or. S. Felicis, 3 imp., Cr., Prf. Comm. et sic deinceps nisi aliter notetur. — In Vesp. nulla com.

15. Alb. Fer. 3. — **S. Pauli Eremitae C.,** dx., — Off. Ordin. — Ad Ld. com. S. Mauri. — Mis., Gl., 2 or. S. Mauri, 3 imp. — In Vesp. nulla com.

16. Rub. Fer. 4. — **S. Marcelli I PM.,** simpl. — Off. ut in Psalt. et in Comm. — Ad Mat. Ll. 1 et 2 de Scr. occ. cum suis RR. (ad 2 add. Gl.), L. 3 pr. (= L. 9 contracta), **Te Deum**. — Ad Ld. or. pr. — Mis. **Si diligis me,** 1 or. pr., imp., Prf. Comm. — Vesp. ferial., or. Dom. praec., nulla com.

17 Alb. Fer. 5. — **S. Antonii Abb.,** dx. — Off. Ordin. — Mis., Gl., imp. — In Vesp. nulla com.

Cras incipit. hebd. orationis pro fidei unitate.

